seq ac suos successores ad eadem omnia obligat eiusque terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusque terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimentis ad evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem [illegible] terminos officii illius ad quod ex praemissis citatus dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac causarum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praesenti Termino bello Conventionique et aliis omnibus iuris remediis et defensionibus non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Abbas Sandecensis Tyrawskiemu Debet

Comparens personaliter Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Reverendus in Christo Pater Michael Morski Abbas Sandecensis sanus mente et corpore existens a Terris districtibus suo iuribus iurisdictionibusque sub quibusvis propriis et competentibus recedens praesenti vero iurisdictioni officii Castrensis Premisliensis quoad actum praesentem attinet totaliter et plenarie se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generoso Hermolao Tyrawski et ipsius successoribus summam mille florenorum pecuniae polonicalis communis monetae et nunc in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus computando veri iusti et liquidi debiti mutuataeque pecuniae tenetur atque debet. Quamquidem summam suprascriptam mille florenorum polonicalium idem Reverendus Abbas Sandecensis se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis memorato Creditori suo ac illius posteris inscribit et obligat. Hic pro die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo dare solvere et coram officio actisque praesentibus Castrensibus Premisliensibus realiter et in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam nusquam ab eodem officio non repetere nec arestare vel quovis alio modo impugnare. Quod si vero idem summae mille florenorum pecuniae polonicalis per praefatum supratentum Reverendum Abbatem Sandecensem eiusque successores memorato Generoso Hermolao Tyrawski ac illius posteris [illegible] solutionem summae praedictae praemissis et praesentibus pro tempore et loco supraexpressis ad solutionem succumbent. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum [illegible] ac pro re aliqua [illegible] ex praemissis non completa complendisque praemissis ac [illegible] ipsa non soluta

solvenda

solvenda citatus ex nunc memoratus regni Reverendus Abbas Sandecensis aut eius posteri ad instantiam praedicti Generosi Hermolai Tyrawski vel ipsius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense sive Castrense Capitaneale Sanocense ex tunc recessu suprascripto quoad rendendum spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere medere vadium praefatum luere instrumenti huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eiusque terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusque terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimentis ad evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati ad quod ex praemissis citatus dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac causarum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praesenti Termino bello Conventionique et aliis omnibus iuris remediis et defensionibus non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Tertia ante Festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Tertio.

21/VI 1633

Socha Bunkowskiemu Cedit

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Nicolaus Socha sanus mente et corpore existens recedens a Terris districtibus suo iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus se vero cum successoribus ac bonis suis omnibus iurisdictioni officii praesentis quoad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporans atque subiiciens palam libere ac per expressum recognovit. Quia ipse loco et in vim transpositionis in actis Castrensibus Premisliensibus cessionaria per se egregiam Nobili Valentino Bunkowski de iure et summa in praesentibus actis in Castro Premisliensi Sabbatho post Festum Sancti Martini Pontificis proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Sexto facta eaque in inscriptionem Castrensem Premisliensem cessionaria apprisbavit ad praesentes coram eodem officio actisque praesentibus iam praehabita [illegible] ius iam habens itemque de omni et integro iure suo Valtie de summa Quadringentorum florenorum pecuniae polonicalis ex summa originali Mille florenorum pecuniae polonicalis per Generosum Petrum Mniszek in [illegible] actis Castrensibus Sanocensibus [illegible] modo simplicis debiti facta et recognita Cuiquidem ex summa Sexcentorum florenorum